UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MDLX. ad annum MDCXXIII.

Parisiis, 1644

Svbscriptiones Reverendissimorvm dominorum episcoporum, qui Concilio prouinciali sexto interfuerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15522

Visual Library

ANNO CHRISTI 1582.

SVBSCRIPTIONES REVERENDISSIMORVM dominorum epiſcoporum, qui Concilio prouinciali ſexto interfuerunt.

Nos Carolus ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyter cardinalis tituli ſanctæ Praxedis, Dei & apoſtolicæ ſedis gratia archiepiſcopus ſanctæ eccleſiæ Mediolanenſis, de conſilio & aſſenſu reuerendiſſimorum coepiſcoporum noſtrorum definientes ſubſcripſimus.

Ego Cæſar epiſcopus Dertonenſis conſentiens ſubſcripſi.

Ego Nicolaus epiſcopus Cremonenſis conſentiens ſubſcripſi.

Ego Hieronymus epiſcopus Bergomi conſentiens ſubſcripſi.

Ego Ioannes epiſcopus Brixiæ conſentiens ſubſcripſi.

Ego F. Dominicus epiſcopus Aſtenſis conſentiens ſubſcripſi.

Ego Guarnerius epiſcopus Alexandrinus conſentiens ſubſcripſi.

Ego Vincentius epiſcopus Albenſis conſentiens ſubſcripſi.

Ego Franciſcus epiſcopus Intimilienſis conſentiens ſubſcripſi.

Ego Alexander epiſcopus Caſalenſis conſentiens ſubſcripſi.

Ego Vincentius Picaluua archipreſbyter opidi Caſſinarum, procurator ſpecialis illuſtriſſimi & reuerendiſſimi epiſcopi Aquenſis, eius nomine interfui, & ſubſcripſi; & omnia & ſingula in hac ſancta ſexta Synodo acta, decreta, edita, & promulgata, eius & eccleſiæ ſuæ nomine recipio.

Ego Ioannes Paulus Albergonus canonicus eccleſiæ cathedralis Nouariæ, procurator ſpecialis illuſtriſſimi & reuerendiſſimi domini Franciſci epiſcopi Nouarienſis, eius nomine interfui, & ſubſcripſi, & omnia ac ſingula in hac ſancta ſexta Synodo acta, decreta, edita, & promulgata, eius & eccleſiæ ſuæ nomine recipio.

Ego Paulus Granutius iuris vtriuſque doctor, protonotarius apoſtolicus, perilluſtris ac reuerendiſſimi domini Ioannis Franciſci epiſcopi Vercellenſis ſanctiſſimi domini noſtri papæ & ſanctæ ſedis apoſtolicæ nunc apud ſereniſſimum Rodulphum imperatorem nuntii vicarius generalis, eiuſdemque in hoc ſpecialis procurator, eius nomine interfui, & ſubſcripſi, & omnia ac ſingula in hac ſexta Synodo decreta, acta, edita, & publicata, eius & eccleſiæ ſuæ nomine recipio.

Ego Ioannes Antonius Iordanus clericus Sauonenſis, illuſtriſſimi ac reuerendiſſimi domini Dominici Grimaldi epiſcopi Sauonenſis, hoc tempore ſanctiſſimi domini noſtri papæ apud Auenionem gubernatoris, ad hoc ſpecialis procurator eius nomine ſubſcripſi; & omnia ac ſingula in ſexta Synodo prouinciali Mediolanenſi acta, decreta, edita, & promulgata, eius & eccleſiæ ſuæ nomine recipio.

Ego Marcus Antonius Amidanus preſbyter Cremonenſis multum illuſtris & reuerendiſſimi D. Ludouici Tabernæ Laudenſis epiſcopi, & nuntii apoſtolici ad ſereniſſimum & Catholicum Hiſpaniarum regem Philippum generalis vicarius, ac ad id etiam procurator ſpecialis, eius & eccleſiæ ſuæ nomine, omnia & ſingula in ſexta Synodo prouinciali Mediolanenſi acta, & decreta, edita, & promulgata recipio.